

Tuschu. *Concl.* 178. *Lit. D.* suas recipit limitationes. Coeterum velamen administrationis, & occasionem contractus delictum commissum quodammodo mitigare, docet Aleman. *in Palaestra Consult.* 2. pag. 56. num. 2. & 4. Plura non addam, vide interea elegans Responsum juris, quod Tabor *suis Racemationibus* inferuit, pag. 685. & seqq. Illud saltem verbo monebo: quod tabellarius, vel auriga, cujus fidei committitur pecunia, is verò eam intervertit, & eam dilapidat, vel in proprios usus convertit, tum si ob signata siue annumerata tradita fuerit, perfides iste homo arbitrariè, fustigatione, relegatione, vel etiam incarceratione puniri solet. Hahn. *ad Wesemb. tit. de Furt.* num. 11. fol. 462. Carpzov. *part. 2. qu. 85. num. 74. & seqq. fol. 303. Pract. Crimin.* nisi quod in Electorali Ducatu Saxoniae poena laquei in tali casu locum inveniat. Idem *num. 81. & seqq. f. 303. & 304.*

## ARTIC. CLXXI.

*Sacrilegium, quod dicatur.*

Diebstal heiliger und geweyheter Ding / an ungeweyheten Stätten.

**S**ehlen von geweyheten Dingen / oder Stätten / ist schwerer / dann andere Diebstal / und geschieht in dreyerley Weis. Zum ersten / wann einer etwas heiliges / oder geweyhetes stilt / an geweyheten Stätten. Zum andern / wann einer etwas geweyhetes an ungeweyheten Stätten stilt. Zum dritten / wann einer ungeweyhet Ding an geweyheten Stätten stilt.

AD ARTIC. CLXXI.

ARGUMENTUM.

*Quodnam sit sacrilegium, & quot modis illud fiat, indicatur.*

EXEGESIS.

I.

**S**acrilegium est furtum rei sacrae, seu quae divinis usibus est consecrata, in loco sacro commissum. Dicitur quasi rei sacrae legium, id est, furtum: cum *sublegere* nihil aliud sit, quam furari. Decian. *l. 6. c. 14. n. 9. f. 51. Crimin.* Farinac. *part. 7. q. 172. part. 1. n. 3. fol. 61. Crimin.*

II. De